

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Publii Terentii Comoediae sex**

**Terentius Afer, Publius**

**Francofordiae ad Oderam, 1606**

Actvs primi scena prima

[urn:nbn:de:bsz:31-139622](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-139622)

ACTVS PRI  
MI SCENA  
PRIMA.

Phædria adolescens, Parmenō seruus.



Vid igitur faciam? non eam, ne nunc Phædria i-  
quidem, nitio deli-  
Cum accersor vltro? an potius ita me berat. Sed  
comparem, paulo post  
succumbit

Non perpeti meretricum contumelias? futurum est  
Excusit, reuocat, redeam? non si me obsecret. amori, id est  
Pa. Siquidem hercule possis, nihil prius neque fortius: futurum est  
Verum si incipies, neque perficies gnauiter, se, seruus  
Atque vbi pati non poteris, cum nemo expetet, promouet.  
Infecta pace, vltro ad eam venies, indicans et commemo-  
Te amare, et ferre non posse, actum est ilicet, rat am-  
Perisli: eludet, vbi te victum senserit. (gita. torum im-  
Ph. Proin tu dum est tempus, etiam atque etiam co- becillitate.  
Pa. Here quæ res in se neque, consilium, neque, modum Alias, per-  
Habet vllum: eam consilio regere non potes. tendas.

In amore hæc omnia insunt vitia, iniuriæ,  
Suspiciones, inimicitia, induciæ,  
Bellum, pax rursus: incerta hæc si tu postules  
Ratione certa facere, nihil plus agas,  
Quam si des operam, vt cum ratione insanias.  
Et quod nunc tute tecum iratus cogitas: (do-  
Egone illam? quæ illum? quæ me? quæ non? sine mo-

I Mori

Mori me malim: sentiet qui vir siem:  
 Hæc verba vna me hercle falsa lachrumula,  
 Quam oculos terendo miserè, vix vi expresserit,  
 Restinet, & te vltro accusabit, & dabu ei (go  
 Vltro supplicium. Ph. ò indignum facinus: nunc er-  
 Et illam scelestam esse, & me miserum sentio:  
 Et tædet: & amore ardeo: & prudens sciens,  
 Vnius, vidensq; pereo: nec quid agam scio. (as  
 Pa. Quid agas, nisi vt te redimas captum quam que-  
 Minimo: si nequeas paululo, at quanti queas,  
 Et ne te afflictet. Ph. ita ne suades? Pa. si sapi-  
 Neq; præter quam quas ipse amor molestias  
 Habet, addas: & illas quas habet rectè feras.  
 Sed ecum ipsa egreditur nostri fundi calamitas.  
 Nam quod nos capere oportet, hæc intercipit.

Illius s.

## ACTVS I. SCENA II.

Thais meretrix, Phædria;

Parmeno.

Miseram me, vereor ne illud grauius Phædria  
 Fulerit, neue aliorsum, atq; ego feci acce-  
 perit,  
 Quòd heri intronissus non est. Ph. totus Parmeno  
 Tremo, horreoq; postquam aspexi hanc. Pa. bono a-  
 nimo es:  
 Accede ad ignem hunc, iam calestes plus satis.  
 Ph. Quis hic loquitur? ehem, tun' hic eras mi Phæ-  
 dria?

Quid